

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Vincentii Chartarii imagines deorum ... qui ab antiquis conlebantur**

**Cartari, Vincenzo**

**Moguntiae, 1687**

Bachus

[urn:nbn:de:bsz:31-341151](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-341151)

semper munda, ac sincera perseveret. Itaque in Minervæ sacrificiis munda  
victimæ adhibebantur, quales erant, agna, candidus taurus, indomita juvenca  
atque auratis cornibus: ut hoc ostenderetur, virginitatem nequaquam libidinis iugo  
subiectam, sed puram ac candidam permanere.

## BACHUS.

**L**icet ex historiis habeatur, Bachum fortissimum fuisse Imperatorem, qui  
plurimas nationes armis devicerit; non tamen tantum ob egregia sua fac-  
tore est ab antiquis celebratus, quantum, quod vini inventor fuisse sit credi-  
tus. Itaque eum olim Deum habuerunt, neque Bachum solum, sed & Dionysi-  
um Liberum patrem Lenæum Lyæum eum appellarunt; quibus nominibus  
diversos vini in nobis effectus expresserunt, ut deinceps, data occasione, expli-  
cabitur. Ejus imaginem diversè olim effinxerunt; nam quandoque pueri for-  
mam; interdum adolescentis, aliquando & senis ea referebat: eadem nuda in-  
terdum vestibus contecta cernebatur, itemque cum curru aliquando expres-  
serunt, aliquando sine curru. Itaque Philostratus in Ariadnæ imagine multis  
insigniis Bachum cognosci scribit; nam hæc dæ fertum cum corymbis, duo  
etiam cornua, quæ recens ex temporibus videantur prodire, itemque panthe-  
ra prope posita Bachum indicare solent. Quæ omnia ad vini naturam refe-  
runtur, quod Bachi nomine à Poetis innuitur; nam is ut paulo ante dixeram,  
vini inventor fuisse est creditus, cum mortalibus ostendisset, quo pacto vane  
à vitibus recidendæ, ac earum succus esset exprimendus, qui non solum  
incunctas futurus esset; sed & utilis iis, qui temperate eo uti solet: *Bachus cur  
senex.*  
quod quidem veteres variis Bacchi imaginibus adumbrarunt: eum enim  
nudum effingentes, nos docere volebant, vinum ebrietatemque veritatem,  
antea summa cum diligentia celatam, in apertum proferte: quare proverbio  
jactabatur, Veritatem in vino inesse ut etiam superius, cum de Tripode lo-  
queremur, dicebamus. Idem ejusdem statua significat, senis formam profe-  
rens, capite calvo, ac capillis omnino nudato: præterquam quod ostendit  
etiam, immodicum vini usum senectutem accelerare, qua in ætate multum vi-  
ni homines absument: causa enim senectutis est, propterea quod humidum  
innatum in nobis deficit, quod quidem vino reparare studemus; sed tamen  
sepissime fallimur: quoniam vinum re ipsa est humidum, illud quidem, & vir-  
tute est ita calidum, ut multo majorem humilitatis partem absumat, quam ad-  
dat: quod Galenus de egregiis vini potatoribus dicit, eos bibendo, magis si-  
tim accendere, dum eam extinguendam curant. Quare, quoniam vinum cale-  
facit, ideo Bachi imago plerumque juvenem imberbem, florentem, atque hila-  
rem repræsentat. Huic Comus, convivorum Deus habitus, est perquam similis:  
ejus enim imago quemadmodum, à Philostrato describitur juvenis mollis,  
nec adhuc Ephebi figuram exprimit, adstat ad thalami fores, ubi sponsi cubant:  
ipse præ vino est rubicundus, & quod Ebrius est rectus dormit; dormit autem  
faciem in pectus dejiciens, & gutturis nihil ostendens sinistram venabulo su-  
stinens

*Florum usus  
apud veteres.*

*Bachus Musarum Dux.*

*Aqua vino  
admixta.*

*Imago 66.a*

*Silenus.*


stinens. Sed manus sustineri, visa solvitur, unde & quæ est in dextera facula manum præ somno languentem effugisse videtur: Sed Comus metuens cruri adhaerentem ignem, sinistram quidem tibiam, in partem dexteram, faculam vero ad sinistram transfert, ut ignis Vaporem declinet, ab exposito genu manu arcens, Pavimentum ac loca omnia vicina, sunt floribus referta; sed & ipse Decus floribus contento sermo est redimitus: flores etenim sunt lætitiæ, ac curarum omnium absentia argumentum. Itaque eos veteres in conviviis adhibebant, ubi hilares homines, ac omnibus curis vacui esse debent, neque iis sua tantum capita coronabant, sed & vasa quibus potabant, Quare fores non solum *Bacho*, (ut paulo post ostendam) Sed & *Como* conveniebant. Sed ad *Bachum* revertamur, quem dicebamus adolescentem, hilarem, jucundumque effingi solere, nam qui temperate vino utuntur, animos excitant, alacriores, & Vegetiores evadunt, & meliori quoque ingenio esse creduntur. Hinc factum est, ut veteres *Bachum*, *Musarum* ducem, sicuti & *Apollinem* sinerint, neque solum lauro, quæ est sacra *Apollini*, sed & *hedera* quæ *Bacho* tribuitur, *Poetae* coronarentur. Quamobrem in fabulis habetur *Bachum* à *Musis Nysæ* (quæ urbs est in *India*) fuisse educatum: à qua aliqui volunt, cum dictum esse *Dionysium*, ab hoc *Amphitryon Athenarum* Rex ut *Atheneus* refert, didicit, aquam cum vino permiscere: quod quidem inventum maximam attulit mortalibus utilitatem: juare ei in *Horarum* templo aram posuit; hæc namque cum sint anni tempora, viti augmentum atque fructus præbent; prope aliam *Nymphis* dicavit, quo admonebat vino temperate utendum: Nam *Nymphæ* pro fontium, ac fluviorum aquis capiuntur, quæ ad potandum sunt idoneæ: sed & *Musæ*, quæ sæpe eadem cum *Nymphis* sunt, *Dionysii* nutrices fuisse perhibentur: Sicuti *Silenus* ejus pædagogus extitisse dicitur: ideoque eum semper comitari fingitur, a fello victus, cum, quod senectute debilitatus, pedibus ambulare nequit, tum quod plerumque est ebrius: quod innuit ille, qui apud *Eleos*, ut *Pausanias* refert, *Ebrietatem* effinxit, ei poculum porrigentem. Eum etiam à *Bachi* consiliis *Plautus* facit, cum eum a fello insidentem, *Bachiadis* prologum recitantem inducit, profitentemque ejusdem arabos esse sententiæ. Idem *Naturæ* Deus efficitur: de cujus primordiis *Virgilius* *Ecloga* vi. eum disserentem introduxit, à duabus *Satyris*, ac *Nympha* quapiam coactum, quæ cum in antro quodam dormientem, atque *Ebrium* deprehendissent prope pendente cautaro, propriis eum fertis, quæ ex capite delapsa erant; colligarunt: *Nympha* vero moris frontena, ac tempora lixivit. Hujusmodi belluas verum, nisi coactis fateri noluisse apparet. Itaque legitur *Mydam*, *Phrygiæ* Regem, cum nescio quid hominibus incognitum discere vellet, diu *Silenum* quendam insectatum esse, quem tandem comprehenderit, vino in fontem quempiam large effuso, quem *Pausanias* scribit, suis etiam temporibus ostendi.

*Plu-*

ula  
ru-  
cu-  
ge-  
rta;  
la-  
in  
de-  
ant,  
no-  
em,  
ani-  
ge-  
em,  
lmi,  
n in  
ra-  
yon  
ere:  
i in  
viti  
ad-  
flu-  
pae  
cuti  
fin-  
ne-  
, ut  
iam  
olo-  
dem  
isse-  
qui  
rope  
liga-  
lluas  
ygia  
num  
tern  
endi.  
Plu-







Imago. 67.



Plutarchus refert, Midam à Sileno didicisse homini præstare citò mori, quam diu vivere. Apud Plinium legitur in Pæro Insula aliquando dum marinor leca-  
retur, Sileni imaginem fuisse repertam; cujus effigies, qualis esset, facile co-  
gnosci potest, ex iis, quæ supra in Panis imaginem de Satyris diximus; Nam  
Pausanias Satyros asserit, cum senes evassent, Silenos fieri: licet enim Dii  
existimarentur, senectuti tamen & morti erant obnoxii, extat apud Diodo-  
rum, Bachum dupliciter effingi solere, nam interdum severus, promissa  
barba cernebatur; aliquando pulchro, aspectu hilari, ac juvenili erat præ-  
ditus. Eius prior effigies significat, vinum immodice sumptum, homines  
terribiles, feros, iracundosque reddere: Posteriori docemur eodem tempe-  
rate hausto homines hilares, ac jucundos effici solere. Macrobius lib. I. Sa-  
turnal omnes bachi facultates, sicut & cæterorum Deorum ad solem refert,  
dicens ejus imaginem interdum puerum, interdum adolescentem, item & vi-  
rum jam maturum, senem etiam aliquando exprimere, quod in sole omnes  
has Ætates cernamus, liceat; nam is parvulus refert brumam, quod tunc  
brevissimus sit dies, exinde autem procedentibus augmentis æquinoctio ver-  
nali similiter atque adolescentis adipiscitur vires, figuraque juvenis orna-  
tur: postea ejus ætas statuitur plenissima, effigie barbæ, solstitio æstivo, quo  
tempore summum sui consequitur augmentum: exinde per diminutiones ve-  
luti senescenti quarta forma Deus figuratur. Cumque Bacho cornua sint ad-  
dita, quidam iis Solis radios representari dixerunt. Sed Diodorus id eo spe-  
ctare arbitratur, quod Bachus primus omnium homines docuerit, quo pacto  
boves essent ad aratrum trahendum jungendi. Itaque Martianus lib. I. ci falcem  
in dextera tradit, quæ agrorum cultum innuit, ut supra in Saturno diximus; Imago 67. a.  
aut quod ea sint vites recidenda, ut ampliorem fructum proferant; idem ejus  
in sinistra Cantharum collocat; sed cum aspectu jucundum, hilaremque de-  
scribit. Nonnulli pro cornibus audaciam intelligunt, quam largo potu homi-  
nes concipiunt, quemadmodum Festus, Philostratus, ac Porphyrius tradunt.  
Sed omnium optime Athenæus ex antiquorum auctoritate varios vini effe-  
ctus colligit, cum scilicet ejus usus moderatus fuerit, aut immodicus. Ex Persio,  
Catullo, aliisque Poëtis habemas, in hujus Dei sacrificiis cornua veteres ad-  
hibuisse. Musonius in hanc sententiam ita scribit; Bacho non solum cornua  
sunt tributa, sed is à nonnullis Poëtis taurus est appellatus; nam fabulantur  
Jovem, in taurum conversum, cum Proserpina sua filia concubuisse, quæ,  
ex eo gravida effecta, Bachum, taurinam formam habentem peperit.  
Itaque apud Cyzicenos Bachus tauri facie exprimitur; fortasse, quod vete-  
res pocula ex cornibus efficiebant: nam Theopompus scribit, in Epiro  
boves ita magna cornua habere, ut ex eis valcula fabrefiant, quibus veteres  
circa os circulum aureum, aut argenteum accomodabant. Idem multorum  
auctoritate comprobat, olim cornubus pro poculis homines usos fuis-  
se. Quare Athenienses argenteis vasculis potabant, cornuum formam

Bachus du-  
pliciter ef-  
ficuus.

Cornua  
Bachi.



referentibus. Quidam Bachi cornua voluerunt esse capillos, qui ex utraque capitis parte prope aures promittuntur, reliquo capite rasō, quales videmus nostra tempestate Armenios Sacrificulos. Dicunt etiam Lyfimachum regem cornutum effictum, ut in antiquis numismatibus cerni potest. Seleuci etiam Nicanoris statua cornuta exstitit, cujus rei ea est causa, ut Suidas refert, quod taurum ab ara fugientem, cum Alexander eum esset immolaturus, is cornibus comprehenderit. BACHUM autem longas comas habuisse, Seneca in Oedipo ostendit, ita chorum loquentem inducens.

*Effusam redimite comam, mutante chorumbo,  
Modia Nysais armate brachia Thyrsis, &c.*

Eum interdum habitu femineo induerunt, ut apud Philostratum in Ariadnae imagine cernitur, cum eum ad Ariadnam proficiscentem veste purpurea, ac longa, rosisque coronatum describit: eumque comitabantur mulieres quaedam, BACHAE dictae, Nymphae, Sileni, Satyri, Fauni, Sylvani, & ceteri ejus ministri, quos in marmore à Daidalo in Creta incisos Strabo refert. Hi omnes à Catullo in Epithalamio Nuptiarum Pelei, & Thetidis in Bachi comitatu fuisse dicuntur; ita enim ibi scribitur:

*Horum pars tecta quatitibat cuspidae thyrsos:  
Pars è divulso fallabant membra iuvencō.  
Pars sese tortis serpentibus incingebant:  
Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis,  
Orgia, quae frustra cupiunt audire profani:  
Plangebant alii proceris tympana palmis,  
Aut tereti tenues tinnitus aere ciebant:  
Multi raucisonis efflabant cornua bombis,  
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.*

Hæc erant Bachi mysteria, quæ in ejus Festis diebus celebrabantur: & erant hujusmodi; vini amphora, pampinis circumdata preferbatur, post sequebatur is, qui caprum trahebat, huic is succedebat, qui phallum gestabat. Ita eam pompam Plutarchus describit, cum de divitiarum cupiditate loquitur, quæ, paupere & simplici hoc ritu etiam in Bachanalibus contempte, aurea vasa, vestem pretiosam, sumptuosos currus introduxit, ut Athenæus refert, cum Bachanalia splendidissima à Prolemaeo Philadelpho celebrata recenset. In Bachi pompa vannum ferre solebant, qui quidem ei erat sacer; nam ut Servius inquit, olim Bachi mysteria multum ad animi purgationem facere credebantur, perinde atque Vannus ad tritici expurgationem est inuentus. Buccatius scribit, hujusmodi purgationem ex aliquorum sententia per ebrietatem perfici, quæ Bachi est mysterium; nam; ubi ejus impetus per vomitum, aut alia ratione deserbuerit, & animo ad tranquillitatem

*Vannus  
Bacho sacer.*

*Ebrietas Ba-  
chi myste-  
rium.*

aque  
ides  
hum  
Se-  
Sui-  
mo-  
ha-  
ndu-  
riad-  
area,  
ieres  
arte-  
fert.  
achi  
cul  
rant  
que-  
bat.  
qui-  
sau-  
neus  
a re-  
cer;  
nem  
est  
fer-  
int-  
lita-  
tem



Imago. 68.



tem redacto, videtur homo omnium praeitarum curam oblitus, maxima Jucunditate frui; quod etiam Seneca in lib. de tranquillitate animi testatur. Ideoque juxta nonnullos Bacus est liber pater cognominatus, nam qui largioribus sese ingurgitaverit poculis, à solitudinibus liberatur, multo loquitur liberius, quam si esset sicus. Alii voluerunt nomen deductum esse à libertate, cujus Deus credebatur, nam Bacus pro ea multum diuque, quemadmodum Plutarchus in Problematibus narrat, tamquam pro aris & focis pugnavit, unde profectum est, ut apud veteres in liberis civitatibus, simulacrum Marsyæ, qui ex Satyris Bachi ministris erat, veluti libertatis insigne, ut Servius alicubi scribit statueretur, apudque Plinium lib. XXI, legitur. P. Munatium, cum deniptam Marsyæ coronam è floribus capiti suo imposuisset, ob id in vincula conjectum fuisse. De Marsyæ in fabulis habetur, eam ab Appolline pelle mundatum, quod tibia inventa quam Minerva projecerat, ausus esset eum ad ejus instandæ certamen provocare; ob cuius mortem tot lacrymas Nymphæ, ac Satyri profuderunt, ut flumen Marsyæ dictum effecerint. Sed ita seres habet; eum scilicet peritissimum fuisse musicum, tibiæque inventorem, quemadmodum ex Metrodoro Athenæus refert, qui mente captus ut Suidas testatur, se in fluvium projecerat, qui postea ex eo Marsyas sit dictus. Pausanias in Atticis scribit, in Athenarum arce Minervæ simulacrum fuisse, Marsyæ verberantis quod tibiæ à se projectam sumpisset. Sed ut ad Bachi Vestes revertamur, nonnulli muliebres eas faciunt; nimis enim vini usus vires debilitat; hominemque effeminatum reddit. Itaque Pausanias in Eliacis prioribus refert, in Cypseli arca Bachum promissâ barba talarique veste exsculptum fuisse, qui in quodam antro vitibus ac fructiferis arboribus multis circumdato jacens, pateram porrigeret. Fertur quin etiam Bacus Bassareus fuisse cognominatus, quod nomen ex quapiam veste est factum, qua ipse, ejusque Sacerdotes dum sacrificarent, utebantur. Hæc Bassara dicebatur, à quodam Lydiæ oppido sic vocata, ubi ea conficiebatur; vel à Vulpium pellibus, quæ Thracum lingua Bassaræ appellabantur. In Thracia autem eum Bachæ affectabantur, quæ ideo etiam Bassaræ sunt dictæ, vel Manades, quod nomen est a furore dictum, nam hæc in Bachis festis, sparsis capillis, Thyrsos gestantes, ac furentes, hæc illæ discurrebant, ut ea commemorarent, quæ quondam gesserunt, cum Bachose comites adjunctes orbem terrarum plurima regna pessundantes, peragrarent. Neque solum hujusmodi mulieres Vulpium pelles sibi induebant, sed Pantherarum atque Tigrium, Thyrso armatæ, comas interdum Hedææ fertis adstringentes, interdum & populi frondibus: hæc namquæ arbor Diis manibus erat sacra, eamque in Acharontis ripis natam credebant, idemque Bachi ministris tradiderunt: quod eum infernum Deum fuisse ducerent. Itaque ut superius diximus, ex Proserpina eum natum dixerunt: quod

Imago 38.a.

Marsyas.

Bassareus.

Populus Pii

Mambus sa-

era.

recte se habet, si sub *Bachi* nomine solem intelligamus, quem diximus interdum Deum infernum appellari. Eodem modo quo *Bachæ* exprimuntur, etiam *Bachus* ipse aliquando videtur expressus, ut apud *Claudianum* lib. 1. de raptu *Proserpinæ*.

-*Latusque simul procedit Bachus  
Criminali florens Hedera, quem Parthica tigris  
Velat, & auratos in nodum colligit unguis,  
Ebria Maoniis figit vestigia Thyrsis.*

*Ferula Ba-  
chi data.*

Quod *Claudianus* de *Thyrso* dicit, alii *ferulæ* tribuerunt, qua *Bachus* innixus, se sustineat, eandemque cunctis *Bachi* comitibus in manus tradiderunt. Cujus rei rationem *Eusebius* ex *Diodoro* affert, quæ talis est; cum homines initio nimio vini usu incubriati, ad celebres contentiones venirent, in quibus baculis se feriebant, ac sæpe alter alteri vulnera, ac mortem inferebant: *Bachus* iis persuasit, ut in posterum pro baculis *ferulas* ferrent: Nam ex earum plagis nullum fere periculum timendum fuerat. *Ferula* autem est admodum arundini similis, cujus folia asinis sunt gratissima, ideo asinus ei Deo, secundum *Plinium* est datus, cui *ferula* erat sacra. Scribit præterea *Diodorus*, *Bachum* quandoque se in bello armasse, solitumque *Pantherarum* pelles induere: nam non semper ebrius erat, sed sæpe fortissime pugnasse legitur, ita ut multos Reges superarit, ut *Lycurgum*, *Pentheum* ceterasque, *Indiam*que sibi subegerit, unde victor *Elephanto* insidens, dum reverteretur, primus omnium triumphavit. Quare *Bacho*, tanquam triumpho inventori *pica* dicata fuit, quæ avis est sanequam garrula, ac loquax, in triumphis etenim cuique fas erat, triumphatori proba omnia obicere, ut *Suetonius* in *Julio Cæsare* refert. Huic quoque Deo veteres *Sertorum* inventionem tulerunt, acceptam: nam ut *Plinius* testatur, is primus sibi coronam ex *Hedera* factam capiti aptavit. Quamobrem *Alexander magnus* cum imitatus, cum victor ex *India* reverteretur, universum exercitum *Hedera* coronari iussit. *Hedera* autem *Bacho* multis de causis est data: *Festus* vult, id ideo esse factum, quod *Bachus* semper juvenis effingatur, sicut illa semper virescit, aut quod quemadmodum ea arte complectitur id, cui adhæret, ita & vinum humanas mentes arctissimis quibusdam vinculis alligat, quominus suo possint munere fungi. *Plutarchus* scribit, *hederam* occultam quandam vini possidere, quæ mentem de sede sua dimoveat, & furore quodam compleat, ita ut absque vini potu homines ebrios reddat. *Hedera* à Græcis *κίονος* dicitur à quo *κίονος* derivat, quod est libidinosè aliquid appetere: ideoque *Eustatius* vult, *hederam* *Bacho* Tributam, quod maxime homines ad libidinem à vino concitentur. Itaque proverbio fertur, sine *Cere*re & *Baccho* frigere *Venerem*, *Macrobius* lib. 1. *Saturnal.* de *Bacchi* *Thyrso* scribit, in eo latens telum fuisse, cuius mucro *Hedera* lambente prote-

*Bachus tri-  
umpho in-  
ventor.*

*Serica à Ba-  
cho inventa.*


*Hedera cui  
Bacho data.*

*Imago 69. a*

geba-

ter-  
tur,  
de  
  
kus,  
Cu-  
ini-  
ba-  
chus  
pla-  
dum  
can-  
Ba-  
tere:  
mul-  
sibi  
s o-  
lica-  
cui-  
Ca-  
, ac-  
n ca-  
or ex  
a au-  
quod  
mem-  
men-  
furi-  
quæ  
abs-  
ur à  
Eu-  
s ad  
ere-  
hyr-  
rote  
eba-





geb  
bel  
ab  
tan  
ran  
car  
qua  
Bac  
qu  
fic  
pot  
iam  
Sta  
am  
rin  
haf  
qu  
dic  
inc  
us  
tis  
fer

C  
ni  
to  
cu  
ra  
tr  
P  
vi  
ac

gebatur; idque ostendere, vinculo quodam patientiæ obligandos impetus belli; cum hedera habeat vincendi & obligandi naturam, Diodorus scribit, ab Ægyptiis hedera, Osiridis plantam appellari, eique fuisse consecratam, *Thyrsum*, tamquam ab ipso fuisset inuenta; ab eisdemque in sacris rebus pluris hederam, quæ sc̄mper viridis perseveret, quam vitem, cujus folia hieme arecant, esse factam. Id à veteribus in cæteris arboribus observatum legimus, quæ assidue virent: ideoque Veneri myrtum, laurumque Apollini dicarunt. Bacchus non solum hedera, sed etiam interdum ficus foliis coronabatur; idque ob Nymphæ cuiusdam memoriam, quæ Syce vocabatur; *ovis* enim ficum apud nos sonat, hanc ferunt a Baccho adamatam, in hancque arborem postea conuersam fuisse: quemadmodum & de Cisso puero, ab eodem etiam amato, narratur, qui demum in hedera mutatus dicitur; idemque de Staphyle Nymphæ, poetæ fabulantur, quæ in vitem est versa, cum ab eodem amaretur. Itaque nihil est mirum; si hæ arbores tantum ei postea gratæ fuerint, ex eisque coronari voluerit: eisdem etiam olim ejus currus, clypeus, hasta, altariaque ornabantur. Sed legimus eius ferta quandoque ex Narcisso, quandoque ex aliis etiam floribus fuisse confecta, Diodorus scribit, Bachum diebus festis sibi pretiosas vestes, molles, ac delicatas, floribusque picturatas induisse. Arbor ei præcipue sacra erat vitis, neque id iniuria, nam si Bacchus vinum ex uvis expressum significat: quid magis ei respondeat, quam vitis? Hunc præterea curru, & sociis veteres honorarunt, de quibus sic refert Statius.

— *Effrene dextra, lanaque sequuntur  
Lynces? & vda mero lambunt retinacula tigris,  
Post exultantes spolia armentalia portant,  
Seminecæque lupos, scissasque mimallones Vrsos,  
Nec comitatus iners sunt illic Ira, Furorque,  
Et Metus, & Virtus, & numquam sobrius Ardor,  
Succiduique gradum castraque similima regni.*

Currum Bacchi Buccatius lib. v. Geneal. ad vini effectus refert, quod hominis cerebrum ita interdum in orbem conuertit, quemadmodum currus rotas torqueri cernimus. Quod quidem ita esse, quotidie experimur: sed tamen, cum Athenæus lepidissimam de ea re referat ex Timæo Taurominitano narrationem, non possum non eam huc inferere; ea sic habet? Quidam Agrigentini adolescentes vna cœnarant, tantumque vini exhausserunt, ut emote Profus mentis effecti, sibi in triremi esse, vehementer à tempestate agitata, viderentur: timentes vero, ne navis onere depressa, submergeretur, ad eam exonerandam, sunt aggressi, ex fenestris extra domum mensas,



fas, lectos, arcas, reliquamque domesticam suppellectilem projicientes: Quem strepitum cum praefecti vigilum audissent, illic accurrerunt, domumque ingredientes, homines in humum abjectos, profundum somnum dormientes offenderunt, quos vehementer agitados cum vix tandem excitassent, interrogarunt, quid id sibi vellet, quod fecissent; responderunt se tantum tempestate jactatos, ac labore illo, quem in navi exoneranda perpessi essent, defatigatos fuisse, ut vix sui essent compotes; quidamque ex eis subjecit, Ego, inquiens, vehementi timore perculsus, me in sentinam abdidi. Apparitores, cum illos ab errore, in quo erant, abducere diu studuissent, nec quidquam tamen profecissent, recedere incipiebant: at ebrii adolescentes, Gratias vobis agimus, inquiunt; & si umquam ex hac tempestate in portum evadere, ad patriamque remeare poterimus, nam vos maxima maris numina celebrabimus, vobis nostram salutem acceptam ferentes. Sed ii multos dies ebrietate illa sunt occupati: itaque ea domus postea Triremis est nuncupata. Bachi currus à tigribus, atque pantheris trahebatur; vinum enim homines harum belluarum instar feroces reddit. Philostratus ideo vult Bacho cum Panthera intercedere familiaritatem, quod ea animalium sit calidissima, leviterque ut Bacha saliat. Idem ejus navim ita describit; Cymbali sunt navi applicati. Prora ad similitudinem Pantherae educta est: Thyrsus autem è media exoritur navi, mali vicem gerens, cui purpurea appensa sunt vela, in sinu splendentia; aurea autem intexta sunt in Tmolò Bacha. Hedera autem & vite navis est tecta, racemusque super ipsam pendere videtur. Sed & vini fons ex ea scaturiebat, ex quo vectores omnes largiter bibebant. Ita Bachi navem Philostratus describit, in ea tabula, ubi Tyrrhenos Piratas depingit, qui cum hunc Deum, puerum adhuc comprehendissent, ab eo in Delphinis sunt conversi Fabulam Ovidius lib. iii. Metamorph. sic narrat:

*Panthera  
cur Bacho  
tribuitur.*

*Bachinavis.*

-- Stetit aequore puppis


*Haud aliter quam si specum navale teneret,  
Illi admirantes, remorum in verbera perstant,  
Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant:  
Impediunt hedera remos, nexuque recurvo  
Serpunt, & gravidis distinguunt vela corymbis  
Ipse racemiferis frontem circumdatus uvivis,  
Pampineis agitat velatam frondibus hastam:  
Quem circa Tigres, simulacraque inania Lycum,  
Pictarumque jacent fera corpora pantherarum  
Exiliere viri, sive hoc insania fecit,  
Sive timor, primusque Medon inarescere pinnis  
Corpore depresso, & spina curvamine flecti  
Incipit, &c.*

*Bachi*

entes  
mum  
n dor-  
assent,  
antum  
essent,  
biccit,  
Ap-  
nec  
entes,  
ortum  
is nu-  
multos  
uncu-  
m ho-  
Bacho  
ffima,  
t navi  
autem  
ela, in  
autem  
sed &  
Ita  
de-  
ab co  
n. sic



Bachi



B  
B  
cu  
ri  
ut  
lo  
pi  
in  
q  
B  
eo  
B  
in  
q  
ro  
in  
ro  
el  
C  
C  
ap

C  
av  
ju

Bacchi navis etiam nostra tempestate Romæ in D. Agnetis quod erat olim Bacchi fanum, Emblemate expressa videtur. De eò Poëtæ fabulantur, eum, cum adhuc infans esset, à Pareis fuisse serpentibus incinctum, qui nihil eum lædentes, per faciem ac pectus adrepebant. Itaque Bacchæ, ejus Mysteria celebrantes, absque ullo timore, ac periculo serpentes tractabant; ut Plutarchus in Alexandri Vita testatur, cum de Olympia Alexandri matre loquitur, quæ à serpente gravida effecta dicebatur: quod etiam de Scipionis matre est creditum, nam ut idem Plutarchus refert, serpentem, sape in ejus cubiculum se insinuare multi viderunt. Hoc innuebat ritus ille, quem supra ex Catullo retulimus, in Bacchi sacris adhibitum fuisse, cum Bachi ministros serpentibus se cinxisse dicebamus; ibidem etiam sequitur eisdem membra lacerati juveni jactasse: nam Pencheus Thebarum Rex Bachi contemptor fuisse, ac ejus Mysteria celebrari vetuisse legitur; quam injuriam sic Bacchus est ultus: effecit ut is matri, cæterisque mulieribus, quæ ipsius festum celebrabant, vitulus aut sicut Ovidius narrat, Aper videretur, qui sacras ceremonias turbaturus advenisset: Quare in eum omnes irruentes, eum in frustra discerperunt, quæ furibundæ hæc illac discurrentes, ostentabant, cujus rei memoriam renovantes, in anniversariis Bacchi sacris juvenum discerpere, ac particulas secum circumferre solebant. Quod fortasse eo respiciebat, ut id commemoraret, quod Typhon contra Othridem perpetrarat; Osiris enim apud Ægyptios idem erat, ac Bacchus apud Græcos. Itaque Tibullus lib. 1. Ita de eo dicit:

*Primus aratra manu solerti fecit Osiris,  
Et teneram ferro sollicitavit humum  
Primus in experte commisit semina terra,  
Romaque non notis legit ab arboribus.  
Hic docuit teneram palis adjungere vitens,  
Hic viridem dura cadere falsæ comam,  
Illi jucundos primum matura saporos  
Expressa incultus uva dedit pedibus.*

Et Paulo post

*Non tibi sunt tristes cura, nec luctus Osiris,  
Sed chorus, & cantus, sed levis, aptus amor,  
Sed variis flores, & frons redimita corymbis  
Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.  
Et Tyria vestes, & dulcis tibia cantus  
Et levis oculis conscia cista sacris.*

Osiris interdum accipitris forma apud Ægyptios expressus reperitur; quæ avis noctu clare cernit, velocissimeque volat: in quo Solem imitatur, cuius est is imago. Sed eundem Ægyptii frequentius, ut Plutarchus de Iside

*Vitulus laceratus in Bacchi mysteriis.*

*Osiris.*

*Osiris accipitricis formam habens*

*Osiris casus  
& in frustra  
concius*

& Osiride, veluti hominem, Genitale membrum arrectum habentem, rubroque panno indutum depingebant: cuius rei paulo post, in Priapi imagine rationem afferemus: iis enim quædam Osiridis pars fuit. Nam Typho ejus frater legitur, conjuratione adversus eum facta, eum occidisse, ac in frustra discerptum, inter conjuratos distribuissè: sed membrum virile, cum ab omnibus esset repudiatum, in Nilum fuisse projectum: Hisque ejus uxor cum nihil adhuc de mariti cæde rescivisset, sed tantum amissum diu, multumque ubi quæsisisset, tandemque rem cognovisset, Typhonem devicisse, ac à conjuratis singula Osiridis membra recuperasse, quibus omnibus suo loco collocatis, cum Virile Membrum deesse comperisset, maximum dolorem suscepisse, ejusque imaginem maxima religione colendam omnibus propoluisse: quæ postea sub Priapi nomine honores divinos est assecuta. Utque hujus rei memoriam nulla umquam deleret oblivio, anniversaria sacra instituisse, in quibus solemnè pompa Osiris cum fletu & lamento quæreretur; & paulo post tamquam esset inventus; publica lætitia puer circumferretur, qui inventum Osiridem repræsenteret. Itaque huic Ovidius alludens alicubi dixit

-- Numquamque satis quæsitus Osiris.

*Horus.* Idem propemodum Horo accidit, quem Isis ejus mater diu flevit, cum nusquam appareret, sed eo reperto vehementer est exhilarata. Macrobius lib. 1. Saturn. hunc pro sole capi vult, ab eoque horas, in quas est dies distributus, esse dictas. Alii mundum eum repræsentrare senserunt. Ejus simulacrum ado-

*Imago.* lescens erat, manu virilia Typhonis tenentis; nam is narratur, Typhonem devicisse, non tamen interfecisse, cum in crocodilum versus, ab eo statim iugiter fugerit. Quare Apollinopoli; quæ est urbs Ægypti, lex erat, quæ jubebatur, ne ullus honos crocodilis haberetur, sed omnes eos expellerent, caperent, interficerent, caecos vero ante Hor templum ponerent. De Typhone olim fa-


*Typhon.*

bulantur, quemadmodum Apollo dorus recitat, eum à terra genitum, ut ea Deos ulcisceretur, qui Gigantes interfecerant. Quamobrem eum Plato in Phædro multiplicis naturæ belluam, ardentem, furiosamque appellat: is corporis proceritate, ac robore cunctis ex terra natis longe præstabat. Ejus superior pars hominem referebat, pennisque contegebatur, tam prodigiosa erat magnitudinis, ut vel altissimorum montium verticem superaret, sideraque capite contingere videretur; is brachia extendens, altera manu ad Occidentem, altera ad Orientem perveniebat: ex utraque manu centum angues capitibus exprorectis emergebant: crura serpentina erant, usque ad caput serpentes implicabantur, qui universum corpus ambientes, circum quæ alii pertingebant, quod horridis, squalidisque crinibus contegebatur, qui per collum, atque humeros se diffundebant: barba ad pectus illud vastum promittebatur: oculi truces erant, ex seque quasdam veluti scintillas emittebant: os flammam affatum exomebat. Hunc, cum in cælum ignitos lapides esset jacu-

, ru-  
agine  
o ejus  
frustra  
omni-  
nihil  
e ubi  
gratis  
catis,  
ejus-  
postea  
oriam  
lemni  
n esset  
epra-

n nus-  
s lib.1.  
butus,  
n ado-  
onem  
m au-  
batur,  
ent, in-  
im fa-  
ut ea  
ato in  
is cor-  
jus su-  
igiose  
sidera-  
Occi-  
angues  
uae alii  
caput  
qui per  
n pro-  
ebant:  
s esset  
jacu-





jaculatus, tantum cælites exhorruerunt, ut omnes in Ægyptum aufugerint, utque ab ejus impetu se tuerentur, alii aliorum sibi animalium formam induerint, ut de multis superius à nobis dictum est. Sed tamen immane hoc monstrum tandem aliquando à Jove victum fertur, ut Apollo dorus testatur: alii vero dicunt, ut nos superius retulimus, ab Horo fuisse superatum; qui idem fuit, ac Osiris, licet inter se nomine differreat. Itaque Hermi poli, quæ est Ægypti urbs, Accipiter in Hippopotamum impetum faciens effingebatur: pro Hippopotamo Typhonem capiebant, qui malum quodcumque, a terra proficiscens adumbrat, Accipiter virtutem, quæ ei resillit, ac omnem ejus impetum retundit, significat; hæc Osiride, aut Horo ostenditur, qui Solem repræsentant: iidem propter alias rationes à Bacho non differunt: nam, sicut Ægyptii Osiridem dixerunt à Typhone in frustra concisum, ita etiam Græci de Bacho affirmant, quem volunt à Titanis discerptum fuisse. Et hoc illud erat, quod dicebamus, Bachum scilicet solitum membris discepti juveni designari. Nam de Bacho ferunt, à Titanis eum cæsum, concisum coctum, atque iterum compactum, gypsoque obductum fuisse, ne scilicet amplius de facie cognosceretur; quemadmodum Suidas scribit; id innuit, uvas conteri, ut inde vinum exprimatur, quod in ligneis vasis, aut lapideis, aut etiam gypseis bullit, ac quodammodo coquitur; immo etiam in alienos injicitur, ut subjecto igni excoquatur, quo melius conservetur: Bachi membra iterum compingi vites innuit, suo tempore uvas integras, ac solidas proferre. Bachus præterea, quia eam virtutem adumbrabat, quæ plantis vim ad fructus maturos proferendos suppeditat, familiare numen Eleusinis Deis, quæ erant Ceres, & Proserpina fuisse, ab Herodoto narratur; hæc autem efficere credebantur, ut semen humi sparsum geminaret. Pausanias in Atticis refert, Athenis in Casaris templo, Bachum existisse, manu ardentem facem porrigentem. Itaque Porphyrius, ut Eusebius refert, vult Bachum fœmineo habitu indutum, ac cornutum esse, ut in plantis duplicem inesse virtutem, ad fructus producendos, masculi scilicet, & fœminæ ostendatur: quamvis vero de palma feratur, eam partim masculi esse sexus, partim fœminei, nec unum altero semoto facile fructus proferre; tamen quælibet arbor folia, ac fructus profert, sine alterius ope, ita ut alteram cum altera conjungi sit opus, ut in animantibus videmus, quæ prolem generare nequeunt, nisi masculus cum fœmina coeat. Unde fortasse fit, ut fabulentur, Priapum ex Bacho ortum esse; ut scilicet demonstretur, semen tam in animalibus, quam in plantis à Sole, vim ad producendum mutuari: quod in Osiridis imagine exprimitur; ubi pannus ruber, quo tegitur, cælestem calorem innuit, qui seminibus, intra terræ viscera reconditis, vim ad producendum tribuit, Suidas scribit, Priapum eundem ac Bachum esse, qui ab Ægyptiis Horus appellabatur. Hori effigies apud eos

*Bachus cum  
Deis Eleusinis.*

*Priapus.*



ita exprimebatur : adolescens dextera sceptrum continebat ; perinde ac dominus omnium esset , quæ hic oriuntur , sinistra autem pudenda tenebat ; nam seminalis virtus ab eo proficisci credebatur : est quoque alatus , ut ejus velocitas indicetur : Ei discus adjaceret , quo mundi rotunditas significatur : nam Sol quem Horus refert , mundum quotidie suo cursu obit. Utque veteres ostenderent , quantum Bachi , Priapique numina inter se consentirent , imo potius unum amborum esset numen , in *Bacchanalibus* ex collo membri virilis figuram suspensam gestabant ; hanc *Psallum* appellabant , ex siculo ligno dolatum. Sed apud *Suidam* legitur ex rubro corio quoque olim hanc imaginem expressam fuisse , quam sibi inter coxas suspendentes , per urbem saltitantes discuntabant , cum *Bacchanalia* celebrarent ; hi *Phallophori* dicebantur ; faciem tenuissimis arborum corticibus , aut etiam pelle tegebant , caput hedera aut violis coronabant. *Herodotus* narrat , *Aegyptios* cubitales statuas effinxisse , Verendis extensis , ac longitudine penè Corpus totum æquantibus : hæcque à mulieribus circumferri solitas per compita super currus , ad hunc usum fabrefactos , præcedentibus tibiis , ad quarum modos Bachi laudes cantabantur. Idem de mulieribus Romanis legitur , quæ solemnè pompa membri virilis imaginem gestabant. Sed *Priapum* ita effingebant , erat puer crassus , deformis , virilia vastissima habens , quæ reliqui corporis magnitudinem æquarent. *Suidas* refert , *Junonem* , *Veneris* utero lecto , effecisse , ut is talis nasceretur , ut *Jovi* scilicet rem molestam faceret , qui cum gravidam effecerat. Sed alij *Priapi* patrem *Bacchum* fuisse volunt , cujus rei *Theodoretus* rationem reddens , dicit , pro *Venere* coitus *Voluptatem* , pro *Bacho* *Vinum* immodice sumptum , capi solere , ex his autem simul conjunctis *Priapum* existere. Huic similis imò idem *Mutinus* fuit , qui sedens pudenda ostentabat , in ejus sinu , omnis causa , nubentes sessitabant , ut earum pudicitiam prior Deus delibasse videretur , ut *Varro* scriptis testatum reliquit , quod *Lactantius Augustinus*que in lib. de Civit. Dei referunt. *Priapus* à veteribus *Deus Hortorum* est habitus , barbati hominis formam referens , comam implexam habens , nudus , dexteraque falcem tenens , sicut enim *Tibullus* lib. 1. Eleg. 4. eum describit , ita dicens :


*Sic umbrosa tibi contingant cæca Priapi,*  
*Nec capiti soles, ne nocentque nives.*  
*Quæ tua formosos cepit solertia coxæ*  
*Non tibi barba nitet, non tibi culta coma est:*  
*Nudus & Hiberna producis frigora brumæ.*  
*Nudus & æstivi tempora sicca canis.*  
*Sic ego, tum Bachi respondisti proles,*  
*Armatus cur va sic mihi falce Deus.*

Eum

e ac  
ene-  
ala-  
ndi-  
cur-  
mina  
cha-  
Plal-  
x ru-  
inter  
ualia  
orum  
part.  
entis,  
e cir-  
ctos,  
dem  
nagi-  
rmis,  
rent.  
cere-  
t. Sed  
onem  
mo-  
stere.  
in  
priet  
ctan-  
s De-  
m im-  
s lib.



Eum



Eu  
du  
fibi  
no  
Sat

Afi  
viG  
eun  
fer  
esse  
bar  
cet  
Bac  
cog  
Qu  
qu

**L**  
fec  
qu  
Sev  
mi,  
vise  
fed  
ver

I  
pita  
fero  
rum  
fenu  
gen

Eum interdum panno quoquam operuerunt, cujus ipse Lascinias in sinum reducebat, in quo omnium generis fructus continebat. Eidem ferta ex hortensibus herbis conficiebant: nam custos hortis apponebatur, longam arundinem supra caput habens, ut ea aves deterreret. Ita enim is de se apud Horat., Sat. iix. lib. 1. loquitur.

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:  
Cum faber incertus, scammum faceret ne Priapum,  
Malui esse Deum. Deus indo ego furum aviumque  
Maxima formido: nam fures dextera coercet  
Ast importunas volucres in vertice arundo,  
Terres fixa, vetatque novis considere in hortis.*

Afinus quoque prope Priapum non absurde pingi posset, nam ea præcipue victima hujusmodi Deus delectabatur, ob maximam scilicet, quæ est ibi cum eo similitudinem. Apud Ægyptios Hircus pingebatur, qui Priapi esset Symbolum; nam de hoc legitur, post septimam diem ab ortu ad coitum esse idoneum, ad quem semper sit paratus. Eadem bellua Bacchus innuebatur; nam is fertur in hircum fuisse conversus, cum in Ægyptum una cum cæteris Diis fugisset, ut Typhonis manus evaderet. Apollodorus scribit, Bachum adhuc infantem, à Jove in hædem fuisse versum, ne à Junone cognosceretur, per Mercuriumque Nymphis nutriendum traditum. Quare ob hanc causam Caper, Victima admodum Bacho cara erat; vel etiam, quod is valde vitibus sit noxius; atque hæc de Bacho sint dicta.

*Hircus Priapi Symbolum.*

*Caper Bacho sacer.*

## LARES.

Lares Dii Domestici erant, qui intra domesticos parietes colebantur, tamquam Domorum essent custodes: eis prope focum loculum consecrabant, Lararium dictum, quod Lares ibi reponerentur, ubi, & alia quoque simulacra collocabantur; nam Lampridius scribit, Alexandrum Severum duo Lararia habuisse, in quorum uno simulacra Christi, Abrahami, Orphei, atque Apollonii erant, in altero Ciceronis & Virgilii effigies viscebantur. Neque privatarum tantum ædium Lares custodes habebantur, sed & universæ Civitatis, & Agrorum quoque, ut Tibullus libro primo his verbis docet;

*Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri  
Custodes, fertis munera vestra, Lares.*

Itaque, ut Festus scribit, pilæ & effigies viriles & muliebres ex lana comitalibus suspendebantur in compitis; & hunc festum diem esse Deorum inferorum, quos vocant Lares, putarunt, quibus tot Pilæ, quot capita servorum; tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, & essent iis pilis, & simulacris contenti: vel is ritus olim est institutus, quod Lares genios quosdam mortuorum existimarent, qui corporibus exsuti, aliquid ubi

Imago 73.

Canis cum  
Laribus.

Penates.

Genius.

quiescerent habere cupiebant. Sed tamen Lares ut plurimum Dii domestici putabantur; hi juvenili figura effingebantur, canis pelle vestiti, quibus etiam canis assistebat; quod argumentum erat, eos domorum fidelissimos esse custodes, domesticis familiares, ac blandos, externis formidabiles, quales solent esse canes. Hæc est Plutarchi in Problematibus sententia, antea ab Ovidio in Fastis allata. Iidem interdum obvoluti toga super humerum sinistrum, & sub dextro formabantur; ut scilicet magis ad suum munus obeundum, essent expediti; quo juxta Plutarchum ibidem, diligentissime hominum opera vestigarent, ne scelera eorum laterent, sed ut de iis à se compertis, justissimas pœnas luerent. His Dii Penates simillimi erant, præcipue in civitatibus custodiendis; nonnulli eos volunt apud Romanos fuisse, Jovem, Junonem atque Minervam; alii autem, Apollinem, & Neptunum, qui Trojana mœnia exædificarunt. M. Cicero eos dictos scribit à penu, sive ab eo, quod penitus insident: & ideo in penitissimis adium partibus colebantur. Itaque Demipho apud Terentium se domum proficisci velle dicit, Deos Penates salutatum, ut inde in forum ad negotia peragenda revertatur. De figura vero eorum, & forma Timæus historicus scribit, eos Lituos ferreos, & arcos, & Trojanum quoddam vas fictile fuisse, eaque in occultis, & reconditis Lavini jacuisse sacra. Dionysius lib. 1. Rom. historiæ refert, in templo obscuro, & humili, quod erat non procul à foro Romano, duas duorum Trojanorum imagines se vidisse, duorum juvenum sedentium, habentiumque pila in manibus, quibus esset inscriptio D. PENATES; similesque vestitis in templis plerisque conspici juvenes, militari habitu. & cultui quod idem in multis antiquis numismatibus cernitur. Genius etiam Domesticum numen, immo & proprium unicuique habebatur; quem aliqui hospitalitatis Deum esse voluerunt, item voluptatis, ac naturæ; itaque genio indulgere dicuntur, qui voluptati dant operam, naturæ quæ largiuntur quod expetit; geniumque defraudere illi existimantur, qui alia omnia potius faciunt. Horatius lib. 11. Epist. ad Julium Florum scribens, de humanarum rerum instabilitate disserit, ibique quærit, qui fiat, ut duorum fratrum alter sæpe voluptuosus, alter sit laboriosus: cui quæstioni sic respondet,

*Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,*

*Natura Deus humana, mortalis in unum*


*Quodque caput: vultu mutabilis, albus, & ater.*

Censorinus in ea est sententia, ut censeat, Genium esse generationis Deum; aut quod ei præsit; aut quod una nobiscum sit genitus; nobiscumque perpetuo maneat, ut vitam nostram tueatur. Itaque veteres singulis singulos Genios attribuebant, aut etiam binos, alterum scilicet Malum, alterum Bonum; hunc ad bonum adhortatorem, illum ad malum impulsorem: quod non admodum à nostræ religionis scitis abhorret, in quibus habetur de Angelis



ici  
ous  
ffe  
les  
ab  
ni-  
un-  
um  
ju-  
vi-  
in,  
ro-  
co,  
ur.  
cos  
De  
os,  
re-  
m-  
un  
m-  
ve-  
od  
ni-  
no-  
io  
od  
fa-  
re-  
ter

m;  
er-  
los  
lo-  
od  
an-  
clis



ge  
ori  
gn  
C  
fu  
leb  
cul  
nas  
lig  
sap  
qu  
re  
ex  
eti  
pra  
ftr  
A  
fun

D  
ali  
nul  
El  
se  
go  
Ar  
pu  
eur  
El  
den  
Im  
tat  
in  
So  
dic  
de  
H  
pra

gelis Custodibus, ac Cacodæmonibus; nisi quod nos eos uolumus nobiscum oriri, quemadmodum veteres de suis Geniis ac Laribus dicebant: nam magna erat inter eos similitudo. Quare Romani in triviis, & compitiis Augusti Genium una cum Laribus collocarunt, atque venerati sunt. Quilibet vero suum Genium separatim colebat, maxima cum læticia diem suum natalem celebrans. Sed Principis Genium ab omnibus publice maximo honore, & cultu afficiebatur. Quamobrem qui per ejus Genium juratus, pejerasset, pœnas dabat; religiosissimum enim id jusjurandum habebatur. Ideoque Caligula, cum ob levissimas causas morte plurimos quotidie afficeret, dicere sæpe solebat, sicut Suetonius refert, se illos punire, propterea quod nunquam per suum Genium jurassent, hoc præ se ferentes, se ipsum contemnere, indignumque censere, qui coleretur. Genius igitur numen quoddam existimabatur, quod semper homines ab ortu ipso comitaretur. Idem locis etiam tribuebatur, ut Jamblichus sentit, cum probat Diis, qui alicui loco præsident, de iis sacrificandum, quæ ibidem orientur: Nam res, quæ in nostro patrocinio sunt, nobis cæteris solent esse cariores. Virgilius lib. v. cum Aeneam facit anniversaria juxta Anchisæ manibus persolventem, anguem visum esse scribit.

*Principis  
Genius.*

*Cerulea cui terga nota, maculosus & auro  
Squamam incendebat fulgor, cui nubilus arcus  
Mille trahit varios adverso sole colores:*

Dubitatque, num loci Genius, an aliud quidpiam esset. Hinc est factum, ut aliqui Genium serpentis forma effinxerint, alii puerili, juvenili aliqui, nonnulli senili, ut Cebes in sua tabula. Pausanias in Eliacis posterioribus refert, Eleostanquam patrium Deam Sosipolim, qui urbis servatorem sonat coluisse: ejus sacrificia in templo Lucinæ quotannis patrio ritu celebrari solita. De eo hæc ait, fuisse memoriæ prodita; cum scilicet in Eleorum fines hostiliter Arcades invasissent, contraque eos aciem Elei direxissent; mulierem Infanti puero mammam præbentem, ad Eleorum Duces venisse, seque cum puerum eum peperisse diceret, addidisse, monitam per somnium, ut eum pugnae socium Eleis adjungeret: ibi eos, qui summæ rei præerant (quod mulieris verbis fidem habendam censuissent) puerum nudum ante signa collocandum curasse. Impressionem ab Arcadibus facta, puerum in eorum conspectum, in anguem mutatum: eo prodigio hostes exterritos, in fugam se protinus dedisse; acriter in Eleos instituisse: parta vero hac insigni victoria, à servata civitate nomen Sosipolidi inditum: quoque loco in cavernam, Visus fuerat se anguis abdidisse, confectio prælio sanum erectum, Ideirco vero honores Lucinæ decretos, quod ab ea in lucem puerum illum sibi editum, interpretati sunt. Hic Deus exprimebatur ætate puerili, chalyde amictus varia, & stellata, præ se gerebat manu, altera copiæ cornu; hac enim forma quidam in somnis

sonnis



*Platanus  
Genio sacra.*

somnis est visus. In vetustis numismatibus Trajani, Adriani, aliorumque principum Genius pateram dextera manu supra aram porrigere, quæ ara esset fertis ornata, læva vero propendulum flagellum, vel simile quidpiam tenere videtur. Sed enim & in aliis Adriani inscriptionibus talis epigraphæ reperitur, GEN. P. R. ubi imago cernitur hominis militaris; cum veste ad cruris medium circumvoluta, dextera pateram in morem sacrificantis habens, læva autem cornu copiarum. Populi autem Romani Genius id fortasse numen erat, in cujus tutela eorum urbs erat. Genium Olim platano coronabant, sed & interdum floribus, ut apud Tibullum alicubi legitur:

*Ipsæ suos adsit Genius visurus honores;*

*Cui dicorent sanctas florea ferta comas.*

*Imago. 74. a*

Sed quia duplicem esse Genium diximus, ut Socraticus Euclides apud Censorinum velle videtur, dicto de bono, nunc de malo Genio videamus. Huic nullam statuam antiquos posuisse comperio. Sed tamen multis fuisse visus legitur. Quare nos ejus speciem ex variis Historiis designabimus. Plutarchus, Appianus, ac Lucius Florus meminerunt. Brutum cum quadam nocte se in cubiculum includisset, nescio quid, ut ei erat mos, cogitantem, spectrum quoddam conspexisse atri hominis, atque horribilis, qui, Tuus sum, inquit Brute, Genius. Valerius Maximus lib. I. Refert de Cassio Parmensi, qui Antonianas partes secutus, ab Augusto capite est multatus, eum paucis ante mortem diebus existimasse ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalida barba & capillo demisso, qui interrogatus responderit, se ejus malum Genium esse. Pausanias in Eliacis posterioribus, de Euthymo Athleta scribens, narrat, Ulysses errantem Temessam etiam Italiæ urbem esse appulsum, ibi de navalibus sociis ejus unum, Virgine per vinum violata ab oppidanis contumeliam vindicantibus, lapidibus obrutum: Ulysses quidem, nulla ulciscendi inita ratione, inde profectum: perempti vero socij manes finem nullum sciendi in cujuslibet ætatis homines fecisse, priusquam cogitantes patriam relinquere Tenessenses, quo eam pestem effugerent, Apollinis responso Heroem placare jussi sunt, & consecrato ei solo, templum excitare, devovere ei præterea quotannis Virginum unam, quæ ipsis formosissima visa esset. Quod cum illi ex oraculo facere pergerent, nihil omnino gravius passos esse. Forte vero Euthymum cum venisset Temessam eo ipso tempore, quo solenne sacrificium fiebat, re tota cognita, se intromitti in templum postulasse: Ibi virginem conspicatam, primo misericordia commotum, deinde etiam amore incensum, Armis igitur captis, cum Genio congressum: illum victum, in cenibus, & agro cessisse, sublatumque prorsus ex hominum cætu, in mare se demersisse: Ac in hujus facinoris præmium virginem victori nupsisse. Ipsum vero Genium, idem refert, colore fuisse vehementer atro, cætera specie maxime formidabilem, amictum autem lupi pellem ei fuisse.

FOR-

in-  
fer-  
nere  
pe-  
e ad  
ha-  
raffe  
co-  
:  
  
pud  
nus.  
fui-  
nus.  
qua-  
ogi-  
qui,  
Cal-  
alta-  
in-  
qui  
acis  
e-  
um,  
api-  
pro-  
ibet  
len-  
jussi  
quo-  
li ex  
thy-  
fic-  
con-  
um,  
& a-  
Ac  
um,  
ida-  
R-

Imago. 74





en  
m  
re  
fu  
qu

H  
na  
qu  
be  
tis  
ca  
un  
di  
m

La  
va  
Ac  
pro  
tur  
ma  
du  
mn  
era  
for  
den  
Te  
cuj  
scri  
ven  
luff

## FORTUNA.

*Fortunam culpant omnes, probraque laceſſunt;*

*Cum tamen hac magnum potius mereatur honorem.*

Libet mihi ab his Dantis Algerii verſibus, Fortunæ tractationem auſpicari: ei namque nos mortales, quidquid extra ſententiam cadit, acceptum ferimus, illud moleſte ferentes, ex quo potius magnam lætitiã ſuſcipere deberemus; videmurque rei familiaris & honorum comparationem, eorum ruruſus jacturam, ac rerum omnium viciffitudinem ab ea pendere arbitrari. Itaque Franciſcus Petrarca quodã in loco Fortunam ita de ſe dicentem inducit;

*Magna, potens rerum, conor Fortuna; vides ne,*

*Latos ac triſtes ſolam me reddere poſſe?*

*Idque ſtatim celeri ſum eadem velocior aura.*

*Quodque vides, noſtris juffis id voluitur omne.*

Hinc omnium conviciorum, quæ quotidie in eam congerimus, eſt origo: *Fortuna enim* nam quæ Fortunæ bona appellamus, eos plerumque poſſidere cernimus, *culpatur.* qui minus iis digni nobis videantur, digniſſimis quibusque ſpoliatis. Quod bene ne, an male ſe habeat, illis conſiderandum relinquo, qui, qua ſunt mentis acie præditi, diſpicere ſoli poſſint, quot curis, moleſtiis, periculisque, caduca hæc, quæ bona dicimus, abundant. Sed pauci id animadvertimus, id unum ſtudentes, ſcilicet ut iis nos refarciamus; cumque res pro animi libidine minus ſuſceſſerit, Fortunam ſtatim ream facinus: qua tamen juxta *Fortuna non* multorum ſententiam nulla eſt. Itaque Juvenalis Satyr. x. ſic de ea dicit; *exſiſtit.*

*Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te*

*Noſ facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.*

Lactantius autem Firmianus, Fortunam nihil aliud eſſe dicit, quam nomen vanum, quod hominum inſipientiam arguit: Ciceroni conſentens, qui in Academicis quæſtionibus ſic inquit; Fortuna effecit nobis multa improvifa propter obſcuritatem, ignorantemque cauſarum. Sed non minus in Fortuna veteres decepti ſunt, quam in cæteris Diis: hanc autem bonis atque malis his externis adminiſtrandis, tanquam Deam, præpoſuerunt. Itaque *Fortuna duplex.* duas Fortunas effinxerunt, bonam unam, alteram malam; huic adverſa omnia, illi proſpera quæque adſcripſerunt; bona candido vultu, mala atro erat prædita. Præneste, ubi ea celeberrimum templum habebat, ſub duarum ſororum imagine colebatur, ut Alexander Neapolitanus refert. Ob eandemque cauſam Pindarus, quemadmodum Plutarchus teſtatur, eam duos Temones moderantem effinxit. Sed tamen una tantum Fortuna habebatur, cujus effigiem hic ex præſcis ſcriptoribus apponam. Pausanias in Meſſeniã ſcribit, Bubalum, qui templa conſtruere, & animalia optime effingere noverat, omnium primum Fortunæ ſtatuum Smyrnæiſ effeciſſe, polum capite ſuſtinentis, manuque Amaltheæ cornu continentis. Hac figura

Imago. 75. a

Rerum hu-  
manarum  
administra-  
tio.

innuebatur, Fortunæ id esse munus, ut ea pro libidine largiatur, adimatque divitias, quas Copiæ cornu representat, eademque perpetuo in orbem vertuntur, sicuti cœlum assidue circa polos convertitur. Idem posteriores sunt imitati, qui Fortunam aut tabulis, aut signis expresserunt; eo spectantes ut intelligeremus, penes eam rerum harum administrationem esse, quas suo arbitrio dispenlet. Lactantius lib. III. refert, Fortunam depingi solere cum Cornu copiæ & gubernaculo, tanquam in ejus esse potestate situm, divitias elargiri, resque humanas, bonaque caduca moderari: nulla enim in his stabilitas reperitur, nec juste tributa videntur, cum magnam eorum penuriam boni patiantur, mali que homines eis undique circumfluant. Hanc ob causam fortunam cæcam, instabilem, dementem, malis potius quam bonis amicam dicimus, ut est in quodam Epigrammate, quod inter Virgîi opuscula recensetur, id est ejusmodi.

*O Fortuna potens, quam variabilis  
Tantum juris atrox que tibi vindicas,  
Evertisque bonos, eligis improbos:  
Nec servare potes muneribus fidem.  
Fortuna immeritos auget honoribus  
Fortuna innocuos cladibus afficit.  
Justos illa viros pauperie gravat.  
Indignos eadem divitiis beat.  
Hac aufert juvenes, & retinet senes,  
Injusto arbitrio tempora dividens,  
Quod dignis adimit, transfert ad impios:  
Nec discrimen habet, restaque judicat:  
Inconstans, fragilis, perfida lubrica  
Nec quos clarificat, perpetuo fovet,  
Nec quos deseruit perpetuo premit.*

Itaque Thebani Plutum Fortunæ manibus imposuerunt, ut superius diximus; perinde atque is Deus qui divitiis praesidere credebatur, opes tribueret, adimeretque pro Fortunæ arbitrio; quam ita Martianus lib. I. Philol. describit. Tunc etiam inquam, omnium garrula puellarum, & contrario semper fruibunda luxu, levitate pernix desultoria gestiebat, quam alii Fortem asserunt, Nemesimque nonnulli, Tycheaque complures, aut Nortiam. Hæc autem quoniam gremio largiore totius orbis ornamenta portabat, & aliis impertens, repentinis motibus conferebat, rapiens his comas pueriliter, caput illis virgas comminuens, eisdemque quibus fuerat Eblandita, ictibus crebris verticem, complicatis in condilos digitis, vulnerabat. Nos autem ita ludibrio habere Fortuna videtur, cum bona quæ nobis tribuerat, rursus adimit, ex quo maximo nos dolore afficimur, quod quidem minime usu


que  
ver-  
sunt  
s ut  
ar-  
cum  
rias  
sta-  
iam  
rau-  
onis  
pu-

Imago. 75.



us;  
ndi-  
cri-  
per  
ffe-  
læc  
liis  
ter,  
bus  
em  
ur-  
me  
usu









usu veniret. si pluris ea non faceremus, quæ sub ejus sunt potestate, quam quæ sub nostra. Di vitæ namque Fortunæ dominatus sunt obnoxia, virtus sola nostra: est: Sed tamen nos has illis postponimus quod Horatius magnopere indignatur, ita in Satyris exclamans,

*O crues cives, quarenda pecunia primum,  
Virtus post opes.*

Bonam simul, ac malam Fortunam, sic veteres adumbrarunt, quamvis descriptio bonam tantum innuat. Est in folio sedens mulier stolata, subtristis, cujus dexteræ dextram jungere videtur adolescentula egregia forma, ac liberali, quæ stat ante illam: post vero matronam sedentem puellulæ quædam manum supra scabellum tenere & inniti videtur. Mæsta illa matrona, præteritam Fortunam significat: adolescens quæ ei manum præbet, præsentem ostendit, puella futuræ est symbolum. Sed antequam longius progrediar. Hic aliquid de Nemese interjiciendum, operæ præteritum iore duxi, ambæ enim inter se valde similes videntur, ita ut aliqui idem numen esse sint arbitrati: quod vel ex iis discamus licet, quod supra ex Martiano attulimus. Sed tamen utraque proprium sibi cultum statuamque sibi est fortita. Nemesis ergo Dea erat, quæ unicuique quod rectum esset, ostendere credebatur. Ammianus Marcellinus ita de ea dicit; Dea est ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, arbitra rerum, regina causarum; quam Theologi veteres fingentes, Justitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradebant, omnia despectare terrena. Macrobius lib. 1. Saturn. Nemesis contra superbiam coli, esseque solis potestatem arbitratus est; cujus hæc natura sit, ut fulgentia obscuret, & quæ sunt in obscuro illuminet: Sic etiam Nemesis nunc erectas mentium humanarum cervices opprimere, & enervare videtur; nunc bonos ab imo suscitans, ad bene vivendum extollit, Proprium ergo ejus erat munus, eos ulcisci, qui nimium in prospera Fortuna superbirent. Eam Poëtæ Rhammufiam cognominarunt, à quodam Atticæ loco, ubi pulcherrimum ejus Dæ simulacrum existebat. Eadem Adrastia dicebatur; quod Adrastus Rex omnium primus ei templum posuerit. Pennas huic Dæ ideo vestustas aptavit, ut adesse velocitate volucris cunctis existimaretur: eidem gubernaculum dedit, & rotam subdidit, ut universitatem regere, per elementa discurrens omnia, non ignoraretur. Hanc interdum, una manu frænum, altera mensuram cubiti tenentem effinxerunt, non linguæ frænum injicere, ac in omnibus mensura uti debere, quod disticum apud Græcos docet; id est tale.

*ἡ Νεμεσις προλέγω το πηχει, τω τι χαλμα,  
Μὴ ἀμέτροντι ποιῆν μὴτ ἀχαλμα λέγειν. Hoc est;  
Prædico hæc Nemesis norma simul hisque lupatis,  
Non effrena loqui, & nil fieri absque modo.*

Bb 2

Pau.

Imago 76. a

Pausanias in Atticis scribit, hanc super ceteros Deos adversus superbos esse inexorabilem: quod ex iis, quæ Barbaris, Atheniensium hostibus acciderunt, comprobatur, nam ii Athenarum opes adversus se contemnentem, jam tum eorum marmor acceperant quod ad Trophæum erigendum vehabant. Sed iis turpiter victis, id marmor Phidias excidit in Deæ hujus statuam. De quo Ausonius tale Epigramma ex Græco scripsit;

*Me lapidem quondam Persa advenere Trophaum*

*Vi fierem bello; nunc ego sum Nemesis*

*At sicut Græcis victoribus astro Trophaum,*

*Punio sic Persas vaniloquos Nemesis*

Huic simulacro corona capiti apposita erat, qua & cærus, & Victorix parva signa continebantur: in altera manu erat ramus fraxineus, in altera Phiala, in qua Æthiopes expressi erant: cujus rei causam Pausanias dicit, se conjectura assequi non posse. Idem subdit: Neque hoc Nemesis simulacrum, neque aliquod aliud antiquum alas habebat: Sed postea apud Smyrnæos simulacra alata fuerunt, & ipsi Nemesis alæ additæ veluti & cupidini; quia hujus Deæ numen in iis potissimum apparere autumabant, qui amore capti sunt eos enim punit, qui ob formam fastu turgent, ceterosque præ se contemnant, ut Ovidius in Narcissi fabula ostendit, quæ lib. iii. Metam. habetur hinc etiam Catulli illud.

*Ne pœnas Nemesis reposcat a te:*

*Est vehemens Dea, sedere hanc caveto.*

*Justitia.* Quia vero hæc Dea mortales, ob superba facinora punire putabatur, eam aliqui, idem cum Justitia esse crediderunt. Hanc Chrylippus (ut Agellius lib. xiv. refert) forma & filo virginali descripsit, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilem, neque Atrocem, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate. Itaque Plato dixit, Justitiam cuncta cernere, ab antiquisque sacerdotibus, omnium rerum inspectricem fuisse dictam. Apuleius alicubi per oculum solis, ac Justitiæ jurat, perinde ad hæc non minorem vim cernendi, atque Sol ipse possideat: hæc nos in Justitiæ ministris inesse debere intelligamus licet; hos enim mentis acie ad abstrusissimam veritatem penetrare oportet: iidem ea puritate debent esse præditi, qua castæ Virgines solent esse; ita ut neque donis, neque blanditiis, neque alio quovis se corrumpi umquam sinant, sed severe semper, quod Justum sit secentur, iis etiam opus est, ut se improbis formidabiles, innocentibus benignos ostendant. Pictores examine Lancis vel Stateræ, nunc & securium, & virgarum fasce, nunc illis, vel illis Justitiam insigniunt, sunt qui eandem hoc modo effingant. Nuda virgo quadratum super lapidem seder, æquatam manu altera bilancem tenens, exsertum altera sub alâ ensim quodammodo occulens, Diodorus est author, alicubi in Egypto, ubi Veritatis portæ erant, Justitiæ statuam

*Nemesis absque aliis.*

*Justitia.*

*Indices quales debent esse.*

*mag. 77 a*

esse  
de-  
am  
ant,  
De

rva  
a, in  
tu-  
que  
era  
Dex  
s e-  
ut  
inc

am  
ius  
or  
sed  
cer-  
um,  
mi-  
lris  
eri-  
ffa  
ovis  
iis  
en-  
um  
odo  
al-  
ens,  
itia  
iana





statu  
dem  
tam  
tur  
ribu  
da fa  
signi  
bent  
opo  
accu  
Luc  
cum  
calu  
ceta  
gi in  
lari  
cent  
Tur  
tera  
man  
muli  
oru  
face  
trah  
stab  
dum  
Pon  
erat  
veste  
Veri  
ante  
fam  
abst  
ea ra  
un  
qui  
infe

Et

statuam exstuisse, quæ capite careret: cujus rei nullam affert rationem. Eandem Egyptii effingebant per manum sinistram porrecta palma discapedinata; propterea quod sinistra, genuina pigrity, nulla calliditate prædita videtur; & ideo æquitati aptior, quam dextera. Pausanias vero in Eliacis prioribus ita depictam ait in arca Cypseli; At formosa, inquit, illa mulier, quæ fœda facie alteram sinistra obstricto collo trahit, dextera fuste cædit, Justitiam significat, quæ injuriam male multat: nam justii iudices injuriam semper debent opprimere, curareque, ne cui injuriam passæ, non satisfiat. Hos etiam oportet dispicere, ne veritas eos lateat, utraque parte audita, & nunquam, accusatoris nudis verbis credentes, reum condemnare. In hanc sententiam Lucianus in libello de non temere credendo calumniæ tale refert exemplum: cum Antiphilus, Apellis quidam amulus, apud ptolemæum Apellem esset calumniatus, quod cum Theodoro consensisset, qui à rege rebellionem fecerat: & à quodam conjurationis confesso, qui capitis pœna tenebatur, regi innotuisset, Apellem omnino facinoris signarum: & iniique illum infimulari: tum Ptolemæus, posito furore sententiam mutavit, Apellem Talentis centum donavit, eique in servitutem calumniatorem Antiphilum addidit. Tunc Apelles, periculi memor, tali pictura Calumniam ultus est. In dextera quidem sedet vir, permagnas habens aures, quales fuisse Midæ feruntur: manum longe ille protendit accedenti Calumniæ: circum ipsum vero sunt mulieres duæ, Ignorantia scilicet, & Suspicio, ex adverso Calunnia, mulier ornata, & pulchra, sed aspectu ardens, & in iram ac rabiem concita; lava faciem accensam præferens, dextera adolescentem quemdam per capillos trahere videbatur; qui manus ambas ad cælum tendebat, superosque obtestabatur: præcedebat vir pallidus, impurus, acute intuens, iis propemodum similis, qui longiori morbo sunt confecti: hic Livor, seu Invidia erat. Pone duæ aliæ mulieres erant, Calumniam dirigentes, & adornantes, altera erat Insidia, altera Fraus. A tergo sequebatur Pœnitentia, pullas, lacerasque vestes induta; quæ retro caput inflectens, flens, ac lugens, pudore venientem Veritatem excipere videbatur. Ita Lucianus Calumniam descripsit, quam antea Apelles depinxerat: undè colligit, Calumniam nil aliud esse, quam falsam alicujus infimulationem, cui iudex fidem habeat, de eo confectam, qui absit, nec suam causam dicat: atque ab invidia ut plurimum profectam: & *Invidia*, ea ratione Apelles hanc ei præmittit. Invidia autem est omnium animi pestium longe teterrima: nam non solum iis, quibus invidetur, nocet, sed & iis, qui invident. Itaque Silius Italicus libro VIII. eam inter monstra, quæ apud inferos sunt, numerat, ita eam breviter describens:

*Hinc angens utraque manu sua guttura Livor.*

Et Horatius lib. I. Epistol. ad Lollium sic de ea dixit:

*Invidia Siculi non invenere tyranni  
Majus tormentum.*

Bb 3

Quod

Quod optime ponit ob oculos quoddam poemation, quod inter Virgilio opuscula numeratur. Id sic habet,

*Livor tabificum malis venenum,  
Intactis vorat ossibus medullas,  
Et rotum bibit artibus cruorem.  
Quid quisquis furit, inviditque sorti,  
Vi debet, sibi poena semper ipse est.  
Tessatur gemitu graves dolores,  
Suspirat, gemit, incutitque dentes.  
Sudat frigidus, intuens quod odit:  
Effundit mala lingua virus atrum:  
Pallor terribilis genas colorat:  
Infelix macies renudat ossa:  
Non lux, non cibus est suavis illi,  
Nec potus iuvat, aut sapor Lyai:  
Nec, si pocula Jupiter propinet,  
Atque hac porrigat, & ministret Hebe,  
Aut tradat Ganymedes ipse nectar.  
Non somnum capit, aut quiescit umquam,  
Torquet viscera carnifex cruentus:  
Vesanos tacite movet furores,  
Intentans animo faces Erinnyes,  
Letalis Tityique vultur intus,  
Qui semper lacerat, comestque mentem:  
Vivit pectore sub dolente vulnus,  
Quod Chironia nec manus levaret,  
Nec Phœbus, sobolesve cara Phœbi.*

Ovidius lib. 11. Metamorph. ei muliebrem formam tribuens, (quasi Græci hominem effingunt, quandoquidem ὄφθαλμοὶ masculi sit generis) ita describit;

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto:  
Nusquam relictæ acies: rigent rubigine dentes:  
Pectora felle vident; lingua est suffusa veneno:  
Risus abest, nisi quem visi movere dolores:  
Nec Frustrur somno, vigilantibus excita curis;  
Sed videt ingratos, intabescitque videndo:  
Successus hominum carpitque, & carpitur una,  
Suppliciumque suum est.*

Idem paulo ante ejus domum suis quasi coloribus exprimens, eam dixerat, ibi residentem serpentum carnibus se pascere. Plutarchus longum sane opus  
con-

conf  
hab  
nam  
dur  
corru  
vent  
fam a  
Mon  
Theo  
staba  
repre  
bovis  
affige  
Lucia  
nestra  
nere,  
ejus c  
Græc  
hianti  
idque  
bantu  
scant,  
tur: q  
atque  
enim,  
est in d  
junxit

Hoc e  
verbis  
stentat

conscripsit de Invidia: & magnus ille Basilius in quadam de ea ad populum habita concione, inter cætera dicit, Inuidos vulturibus esse perfimiles; nam sicut hi super arva lata, aut florida prata volitantes, numquam descendunt, nisi cadaver despectent, cujus putrescentes tantum partes, relictis in corruptis, decerpunt; ita invidi in quovis numquam inspicunt, aut conivent ad eam, quæ laudem merentur, illud solum animadvertentes, unde ansam ad vituperandum qualemcumque captare possint: qualis etiam fuisse Momo scribitur, qui etiam inter Deos numerabatur, ac ab Hesiodo in Theogon. Noctis ac somni filius fuisse dicitur: nam nihil hic per se præstabat, sed tantum aliorum Deorum opera inspiciebat, quæ omnia libere reprehendebat. Quare Æsopus de eo scripsit, ut Aristoteles refert, illum bovis opificium vituperasse, cum cornua potius in humeris, quam in capite affigenda fuissent, ut validius ferire posset. Idem de homine dicebat, ut Lucianus in Hermotimo narrat, Vulcanum vehementer errasse, quod non fenestrarum hominis pectus fecisset, quo ejus cogitatus plane viderentur. In Venere, ut dicit Philostratus, nihil reprehensione dignum deprehendit, nisi quod ejus crepidæ, dum illa incederet, nimis streperent. Ejus imago libro vi. Epigr. Græcorum describitur, tamquam hominis macilenti, extenuati, pallidi, ore hiantis, ad terram spectantis, quam is bacillo, quem manu tenet, percutit; idque ob eam fortasse rationem, quod Dii apud antiquos Terræ filii dicebantur. Ab hoc Momo, qui eo sunt ingenio, ut omnia, quæ sibi non allubescant, vituperent, Momi sunt dicti: quod in eis vitium fere ex invidia oritur: quæ juxta Euripidem, ut Ælianus refert, est perquam tristis, perversa, atque verecunda. Eam veteres sub anguillæ symbolo innuebant; hæc enim, ut idem Ælianus scribit, seorsim à cæteris piscibus degit, nec umquam est in eorum comitatu. Fraudem, quam Calumniæ comitem Apelles ad-

junxit, ita Dantes Algerius in suo inferno depingit;

*Tum Fraus Cocytum tantum caput exiulit undis;*  
*Cætera membra latent, fluvio demersa sub imo.*  
*Est illi vultus mollis, faciesque benigna:*  
*Justitiam recidit: sanctos venerabere mores.*  
*Sed partes, quas illa negat proferre sub auras,*  
*Horrendæ visu, setis, squamisque referta:*  
*Serpentis formam referebant: omnia tetra.*  
*Tot nodis corpus conjungitur: atque colores*  
*Tot sparsim fufos oculis monstrat, quot Arachne*  
*Ipsa suas telas minime variaverat umquam.*

Hoc eo refertur, ut intelligamus, homines deceptores aspectu quidem, & verbis benignitatem quamdam incredibilem, lenitatem, ac modestiam ostentare; sed re, ac operibus alia omnia potius esse: quod factis deum pro-

*Deceptorum ingenium.*

*Finus pro fraude.*

pro-



*Pinus pro  
fraude,*

prodant. Itaque interdum pino Fraudem veteres innuerunt; hæc enim arbor, si altitudinem, rectitudinem, viroremque spectes, aspectu est jucundissima; sed si quis sub ejus umbra dormiat, non parvum in valetudine damnum suscipit; eique si appropinquet, cadentibus ex alto fructibus, si forte feriatur, sæpe interficitur, aut certe magnopere læditur. Sed ad Fortunam tandem aliquando revertamur, quam Apelles cum sedentem depinxisset, interrogatus, cur id fecisset; quia numquam stetit, respondit: ubi ambiguo verbo lusit; stare enim tam apud Græcos, quam apud Latinos non solum rectum esse, sed & permanentem significat. Acutum sane responsum: Fortuna enim volubilis, ac instabilis dicitur: hanc ejus mutabilitatem antiqui adumbrare volentes, eam, ut Eusebius in libris de præparatione Evangelica testatur in pila sedentem effingebant, alas etiam addiderunt, quibus velocissime huc illuc fertur. Itaque Horatius lib. III. Od. XXIX. ita de ea canit

*Fortuna sero lata negotio, &  
Ludum insipientem ludere pertinax,  
Transmutat incertos honores,  
Nunc mihi, nunc alii benigna,  
Laudo manentem: si celeres quatit  
Pennas, resigno qua dedit: & mea  
Virtute me involvo, probamque  
Pauperiem sine dote quæro.*

Cebes Tebanus in sua tabula Fortunam mulierem cæcam, amentem, lapidi rotundo pedibus insistentem depingit. Artemidorus Daldianus in libro Onocriticon Fortunam sedentem supra cylindrum aliquando, aliquando comptam, ornatamque, aliquando incomptam sordidamque & cum gubernaculo describit. In Numismatibus antiquis, ita sæpe est expressa. Claudius Galenus in suasoria, Fortunæ inquit, indicare nequitiam, cum antiqui velent, illam vel pingentes vel fingentes fœminæ specie formabant, gubernaculum illi attribuebant; tametsi fœminea levitas salis erat; orbem pedibus suppoluerunt: tum etiam & cæcam; ut ejus inconstantiam judicarent. Hoc ejus ingenium optime Pacuvius expressit illis versibus, quos citat Gallio, sive Cornificius, vel quisquis ille tandem fuerit, qui Rhetoricam ad Herennium scripsit, carmina sunt hujusmodi;

*Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam, perhibent Philosophi,  
Saxoque instare globofo prædicant volubili.  
Ideo quo saxum impulerit fors, eo cadere Fortunam autumant.  
Cæcam ob eam rem iterant; quia nihil cernat, quo se applicet.  
Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta instabilisque sit.  
Brutam, quia dignum, atque indignum nequeat inter noscere.*

Exstat quoque in antiquis lapidibus caduceus exsculptus, in cujus vertice celatus

ar-  
ffi-  
da-  
rte  
am  
in-  
quo  
um  
or-  
qui  
ica  
ffi-

idi  
O-  
er-  
ius  
el-  
na-  
ous  
loc  
io,  
en-

ice  
tus





ala  
Et  
tu  
vi  
tar  
nar  
hal  
iis,  
en  
bo  
mu  
Qu  
ma  
de  
ear  
int  
im  
om  
mu  
mo  
ta  
oc  
tia  
po  
cru  
co  
ap  
scr  
Sa  
Ep  
Au  
ille  
tia  
lo  
ni  
du  
sta  
gl  
po  
E

alatus pileus est, & utrimque duo cornua copiz, caduceum ipsum comple-  
 ctentia: idque significat, eloquentiæ & doctrinæ comitem esse Bonam For- *Bona For-*  
 tunam. Non desuerunt, qui dicerent, eam tantis viribus esse præditam, ut *UNA.*  
 virtus absque ea parum posset; quæ licet nos ad egregia facinora excitet, sed  
 tamen nos voti compotes efficere nequeat, nisi Fortuna comes adfuerit: &  
 nam eam inter numina collocabant, quæ plurimum in humanas res virium  
 haberet. Sed tamen quemlibet, suæ sibi fortunæ fabricum esse, bonæ si bene  
 iis, quæ se nobis offerunt, uti sciverimus; malæ, si male eisdem utemur; sapi-  
 entes affirmant. Itaque Seneca ad Lucilium ita alicubi scribit: Nihil neque  
 boni, neque mali dare potest Fortuna: Valentior enim omni Fortuna est ani- *Imago 78.2*  
 mus, qui in utram partem res suas ducit, beatæ, miseræque vitæ sibi causa est.  
 Quamobrem cum deteriore partem elegerimus, nihil Fortunæ eorum, quæ  
 male ceciderint, sed omnia nequitia nostræ, ac imprudentiæ expensa ferre  
 debemus. Idem veteres occasionis imagine innuerunt: quam nonnulli  
 eandem Fortunæ voluerunt: simillimæ certe inter se sunt, ut ex imaginibus  
 intelligi potest. Occasionem ergo inter Deos fortasse retulerunt, ut ex ejus  
 imagine, divinis honoribus affecta, ac sæpe ob oculos posita, admoneremur  
 omnes, ut in cunctis temporum momenta captaremus; res enim temporibus  
 mutantur, effluunt, eumque qui accipere, cum offerentur omiserit, maximo  
 mœrore efficiunt. Ejus imago erat hujusmodi; Mulier nuda pedibus, ro-  
 tæ aut pilæ insistebat, longos capillos è fronte dependentes habens. Caterum  
 occipitio recalvastra, pedibus alata, perpetuam comitem habens Pœniten-  
 tiam; nam ea nobis per Imprudentiam è manibus elapsa, nihil nobis præter  
 pœnitentiam relinquit. Hujusmodi legitur occasionis effinxisse simula-  
 crum Phidias: de quo Aufonii fertur, sane quam elegans Epigramma, è Græ-  
 co conversum. Latine eam ut Deam coluerunt, Græci ut Deum, *καίρος* enim  
 apud illos virilis est generis, quam occasionem nos dicimus. Huic Pausanias  
 scribit, apud Eleos altare positum, atque eum ait, ab Jone poëta filiorum  
 Saturni natu minimum vocatum fuisse. De hoc in florilegio Græcorum  
 Epigrammatum, Prosidippi exstat scitissimum Epigramma, ad cujus exemplar  
 Aufonius suum conseripxit; ambo enim inter se mirificè cōsentiunt; nisi quod  
 ille novaculam, in Cæri manibus collocabat, & hic suæ occasionei pœniten-  
 tiam comitem adjungit. Calistratus etiam cum Posidippo de Cæro Deo &  
 loco convenit, puerumque ipsum Deum facit, florentis ætatis, formosum, cri-  
 nibus sparsis Zephyro, & cætera denique ferme, quæ Posidippus. Vigilan-  
 dum est igitur, ac manus paratæ habendæ, ut quæcunque Occasio retulerit,  
 statim arripiamus, nam ea dicto citius avolat, ac posteriores capitis partes  
 glabras ostendit iis, qui in priores capillatas manus non injecit: nam ea  
 postea comprehendere non datur, cum pedes ad fugiendum alatos habeat.  
 Eodem fere modo Seythæ suam Fortunam effinxerunt; nam ut Q. Curtius *Seytharum*  
 refert, *Fortuna.*

refert, eam sine pedibus, sed manibus alatis effecerunt; ea enim bona his præbet, at tanta celeritate, ut vix manibus ad recipiendum porrectis, ea avolarit. Et quamvis interdum videatur Fortuna suas manus nostris junxisse; tamen nunquam pennas, quæ manibus sunt affixæ, comprehendi a nobis finit, nam sibi potestatem adimi vult, quo minus non libuerit, a nobis effugere possit: quod quidem cito facit; etenim nunquam stare loco potest, felicitatemque quam tribuit, secum repente aufert. Itaque nonnulli eam Vitæam effecerunt. Quemadmodum Alexander Neapolitanus refert, nam sicut ventrum, vel si levissime collidatur, statim frangitur; ita Fortunæ dona, parva quæpiam ad veritatem existente, dilabuntur, ac evanescent. Sed non propterea veteres illi credere desierunt; imo tantam ei se fidem habere præ se ferebant, ut secum semper ejus simulacrum retinere vellent, præcipue vero Romani Imperatores, qui in suis cubiculis auram Fortunam habebant, eam quoque secum in publicum efferentes. Itaque Spartianus scribit, Severum Imperatorem, cum morti appropinquasset, jussisse ut Fortunæ simulacrum in filiorum, quos duos relinquebat, cubiculis collocaretur, divisim inter se diebus, quod divisi inter se ex æquo imperii erat argumentum. Antonius etiam Prus Imperator, ut etiam Spartianus scribit, morti vicinus Fortunæ simulacrum in Marci Antonii cubiculum transferendum curavit, quod translati quoque Imperii signum erat. Pausanias narrat, apud Eleos fuisse Fortunæ templum, ac ligneum simulacrum, ingens sane ac inauratum totum, manibus ac pedibus exceptis, quæ erant marmorea. Idem in Achaicis refert, Ægira fuisse Fortunæ simulacrum, una manu cornucopiæ tenentis, altera cupidinem complectentis: quod significat, amorem parum prosperos sortiri exitus, nisi pecuniæ ad rem amatam expugnandam suppetant. Nonnulli Fortunam depinxerunt in mari fluctibus agitato vela facientem, alii eandem in altissima caute, aut etiam prærupti montis culmine constituerunt, ita ut vel levissimo flante vento, vertatur: non defuere qui eam in equum velocissimum imposuere & currentem eam Fatum arcu intento insequens effinxerunt, Fortunæ instabilitatem, pernicitatemque significantes, eamque Fati vi semper agi, ubi enim est Fatum, ibi nullus est Fortunæ locus. Sed hæc sunt recentiorum inventa. Fortunam Apuleius idem cum Iside numen vult esse, cum scilicet fingit sibi tum ex asini in humanam figuram reverso à Dea sacerdote dictum, se jam in Fortunæ tutelæ esse, non ex oculatæ illius, sed videntis, & illius quæ suo lumine cæteros etiam Deos collustrat. Sed dicere possumus eum de bona Fortuna intellexisse, sub cuius nomine Macrobius Lunam sumpsit, quæ per Isidem monstratur, ut supra est dictum. Luna enim maximam vim habet, in sublunaria hæc corpora, quæ variis Fortunæ casibus sunt obnoxia, quæ que subinde mutantur, si ergo Lunam ac Fortunam pro eodem numine sumpserimus, à quo omnium rerum ortus ac interitus dependant,

*Fortuna Vitæa.*

*Imago 79. a.*


*Fortuna cum Imperatoribus.*

*Fortuna pro Luna capta.*

a his  
is, ea  
jun-  
ano-  
obis  
otest,  
Vi-  
nam  
ona,  
pro-  
æ fe  
vero  
eam  
erum  
erum  
die-  
tiam  
oula-  
slati  
tunæ  
ibus  
gira  
pidi-  
exi-  
ortu-  
n al-  
t vel  
cissi-  
nxe-  
ati vi  
sunt  
esse,  
e fa-  
d vi-  
icere  
bius  
enim  
ibus  
pro  
pen-  
cant,









Imago 80.



dean  
risqu  
Fato  
sicut  
cuiqu  
Bono  
Bona  
adole  
etiam  
ab ill  
que a  
quoc  
spera  
beres  
lios o  
misen  
brico  
imag  
prosp  
digne  
gnos  
nobi  
sisteb  
eode  
semp  
adcl  
ocul  
form  
Mac  
inse  
ses v  
ret, i  
nit  
num  
cadu  
refe  
rede  
stud  
om  
circ  
sim

deant, optimo jure Pausanias ex Pindaro unam & ex Parcarum numero, ceterisque plus virium eam habere affirmavit: licet magis videatur Parcibus cum Fato, quam cum Fortuna convenire, id enim fixum, immutabileque habetur, sicut & hæc sunt stabiles, cum hominum vitam è suis illis colis ducentes, unicuique statum vitæ terminum assignant, sed hæc extra rem videantur. De Bono igitur eventu dicamus, cuius simulacrum Romæ in Capitolio una cum Bona Fortuna positum erat, ejus effigies, ut Plinius lib. xxxv. meminit, erat adolescentis, dextera pateram, sinistra spicam, ac papaver tenentis. Fortunæ etiam Favor adjungi potest, qui à veteribus etiam Deus est habitus; nam hic ab illa plerumque oriri videtur; licet à pulcritudine sæpe nascatur, interdumque à virtute: sed & omnia, quibus grati hominibus reddimur, nobis favorem quoque conciliant. Hic sæpe nos fastu tumidos efficit: nam quo magis prospera utimur Fortuna, eo magis solemus superbire, ceterosque despiciatui habere: sed si rerum fiat conversio, tunc superbiæ pœnas luimus; sicut enim alios contempsimus, in felicitate existentes, ita & contemnimur ipsi, cum ad miseriam devenerimus. Itaque ne nimium quis huic levissimo, ac maxime lubrico favori fidat, quandoquidem statim evanescit, quemadmodum ex ejus imagine discere possumus, qua juvenem alatum referebat; aut, quod, rebus prosperis affluentibus, tantum se in sublime extollat, ut humilia spectare dedignetur: atque eandem ob causam cæcus est effectus; homines enim ad magnos honores evecti, aliorum vel vultum ipsum intuèri non sistent: aut, quod nobiscum non diu permanet, sed statim diffugit; atque ideo pedibus rotæ insistebat: quandoquidè is Fortunam imitetur, & quo tandem illa se convertit, eodem etiam is concurrat. Idem vultu timiditatem quamdam præ se fert, nam semper ad altiora contendit, ab Adulatione impulsus quæ ei perpetuo comes adest: pone eum sequitur Invidia, sed tardis gressibus, quæ semper obtortis oculis alienam felicitatem intuetur. Sed ea, si vere est beata, invidiam non reformidat. Felicitatem veteres etiam tamquam Deam coluerunt; hæc Græci Macariam appellarunt; quæ juxta Euripidem in Tragedia, quæ Heraclides inscribitur, Herculis filia fuit; ea, cum oraculum redditum fuisset, Athenienses victoriam habituros, si ex Herculis liberis aliquis sponte mortem oppeteret, id audiens, se ipsam jugulavit; qua ex re & victoria Atheniensibus, & divinitas ipsi Macariæ est comparata. Felicitatis imago in Julæ Mammææ Augustinismate quodam cernitur, ita expressa; est scemina, in solio sedens, dextera caduceum, sinistra grande cornu copiarum tenens; ille ad virtutem, hoc ad divitiæ referri potest; perinde atque nec virtus, nec divitiæ per se seorsim hominem reddere felicem queant; quæ fuit Aristotelis opinio: nam quæ tandem felicitas studiosi esse poterit, qui tanta paupertate prematur, ut maximam penuriam omnium rerum patiatur? contra vero qui omnis virtutis est expers, opibus licet circumfluat, numquam felicitis nomen per se obtinuerit, immo cum infelicissimum non dubitavero appellare, cum ab iis sit penitus destitutus, quæ sunt ho-

Bonus E-  
ventus.  
Imago Bo. a

Favor.

Macaria.

mini propria. Illi ergo, ex Aristotelis sententia, cui Felicitatis imago consentit, felices dici poterunt, qui & studiosi sint, & divites. Cebes Thebanus in Tabula hoc modo Felicitatem descripsit; in eminenti quopiam arcis vestibulo ea in folio sedet, liberali ornata compta, sed non accurate, & florentissimo ferto coronata; ad quam omnes quidem aspirant, sed si tantum perveniunt, qui Virtutem ducem sequuti, cetera omnia post se dimiserint: is namque in illa fuit sententia, ut cum multis aliis diceret, virtutem solam se ipsa, etiam aliis omnibus praesidiis destitutam, ad bene, beatæque vivendum esse contentam. In cuius sententiam nobis est pedibus discedendum, si Christiane loqui volumus, de ea felicitate non intelligentes, quam vulgus appetit (ea autem non est felicitas, licet esse videatur) sed qua animi corpore hoc mortali exfuti, caelestibus illis sedibus perfruuntur. Ad quam illi perveniunt, qui divino lumine collustrati, hujus vitæ iter fide viva comite incedent, quæ per caritatem est actiosa.

## CUPIDO.

OMNIUM animi perturbationum nulla equidem vehementior, aut perniciosior est amore, quem Græci *Ἔρως* dicunt. Itaque nihil mirum, si veteres, apud quos nullus non animi morbus, aut vitium numinis loco habebatur, Amorem Deum, & magnum illum quidem coluerint, cupiditatis turpitudini Divinitatis nomen obtendentes. Itaque varie eum expresserunt, prout varie in animis nostris vires suas exserit. Ejus autem imagines ita omnibus sunt notæ, ut quisque per se absque doctore (ita sumus fere ad hoc vitium proclives) si puerum depictum viderit, oculos fascia impeditos habentem, arcum tenentem, ex cuiusque humeris phœtra dependeat, Amorem eum libere affirmare aufit. Sed tamen non omnes æque rationem cur ita pingatur, reddere possunt. Id vero præcipue nos hoc in opere studemus, ut non solum undecumque possumus, Deorum imagines in medium producamus, sed & rationes ex probatissimis quibusque afferamus. Quamquam vero Cupido proprie animi cupiditati, quæ ad res venereas ferimur, à veteribus præponitur; non defuerunt tamen qui forte ad flagitium aliqua honesti specie decorandum, geminos cupidines excogitarunt, quales sunt Platonici, qui hoc colore foedissimos puerorum amores, quos, si Deo placet, gradus ad divinam contemplationem faciunt, honestissimos reddiderunt: quo quid absurdius potest excogitari? Platonici ergo geminam Venerem, geminorum Cupidinum matrem præclaro scilicet commento confinxerunt, cœlestem alterum, ex qua divinus ille Amor exstiterit, quo dicunt, animos nostros ad divinarum rerum contemplationem inflammari: hunc in cœlo habitare illi affirmant, quod & Philostratus confirmat, eum unum esse scribens, in cœloque degentem, ubi cœlestia administrat: hunc vult esse purum penitus, atque sincerum Itaque eum juvenili corpore, lucido, ac maxime pulcro

*Veneres &  
Cupidinus.*